1402

Omnia p(rae)d(ic)ta simplicibus vel implicatis evasionibus, suspe(n)sivis fatalibus, juris exceptionibus, dilationibus, conventionibus ac aliis quibusvis juris remediis et defensis, non subterfugiendo nec modo quovis alio evadendo. Haec sua p(rae)sente cognitione ad p(rae)missa omnia mediante.

Actum in Castro Premislien(si) Feria secunda ante festum Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

19/XI 1657

Chłopicki Novercae suae Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis p(rae)sen(tibus) Castren(sibus) Capitan(ea)l(ibus) Premyslien(sibus) Nobilis Joannes Chłopicki Gen(erosi) Hieronymi Chłopicki cum Gen(ero)sa Catherina Stransewiczowna procreatus filius sanus mente et corpore existens a Jure Terrestri [illegible] juribus jurisdictioni suis quibusvis propriis et competent(ibus) recedendo, Jurisdictioni Castren(si) Capitan(ea)l(i) Premyslien(si) jurisdictioni quoad actum p(rae)sentem attinet se cum successoribus de bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosa

Christina

Christinae Nowosielecka supradicti Hieronymi Chłopic:
ki Parentis sui Genetricis ejusdem Domini Recognoscentis
Novercae et ejus Successoribus summam Duorum Millium flo:
renorum Polonicalium certi veri justi et liquidi debi:
ti mutuatique per se Recognoscentem apud ipsum pecuniis tene:
tur et debet. Quamquidem summam supradictam Duo:
rum Millium florenorum Polonicalium idem Recognoscens
praefatae Novercae suae sive ejus Successoribus hinc et ad actu
eventi pridie et festo Conversionis Sancti Pauli Apo:
stoli proxime venturo prompta parata et indivisa pe:
cunia se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter
omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et
habendis inscribit et obligat soluturum et coram officio
Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus prompta
parata ac indivisa pecunia repositurum et relicturum
repositamque et relictam rursus ab eodem officio Non efficiendo:
in summae nec arestaturum solutionemque ejusdem summae nul:
lo modo tam per se quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas Non praepediturum Nec im:
pugnaturum Idque sub vadio similis summae Duo:
rum Millium florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem
sive ejus Successores memoratae Haereditati suae vel
ejus Successoribus obnexie solvendum summae memoratae
Duorum Millium Sententialiter et realiter debitae pro
tempore et loco superius expressis ad solvendas summas
Pro quo quidem vadio memorato Commisso ad solvendas ...

ac Summa ipsa principali non soluta solvenda Citetur
eundem memoratus Recognoscens Nobilis Joannes
Chłopicki sive eius Successores ad instantiam Memorati
Reverendi seu sive illius Successorum ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense et tunc Regestu suprascripto
quoad videndum [illegible] mediante semper in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio stare cum parere videre
Vadium statuum luere in summa praesenti satisfacere ac
omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac Successores
suos ad ea omnia in solidum obligat praesentibus. Illum ter-
minum primum peremptorium et alios omnes exinde conse-
quentes causa eius Terminos semper peremptorios be-
ra infirmitate [illegible] Minorennitate Successorum legationes
intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta
ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis Non differendo ad quietationem [illegible] circa Ul-
tra praemissa officii praesentis Castrensis Premisliensis Ter-
minos dilationem sibi non recipiendo Nullasque munitus
Appellationes ac earum praesentationes faciendo ac praemissa
per nihil simplicibus vel triplicatis evasionis suspensionis
fatalibus iuris praescriptione [illegible] conventiones ac
aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subter-
fugiendo nec modo alio quovis evadendo. Ita ac tra
praesenti personali Recognitione ad praemissa Mediante.

Stawska Fredrowi Cedit.

Comparens